



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

59. Vectores Legationis Batava intercepti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1660.

gressum lustraturi. *Wilichius* mox pedes militem præit, dexterâque ensen tenens in hostem ducit, persequiturque, donec in fugam actus relictis triginta bombardis ac tympano, quâ datâ viâ ad tutiora ponè Urbem se recepit. Cùmque *Wilichius* interim ac *Nagelius* immisso equitatu circumgredi terga fugientium jubent, magno ardore concursum est. Eorum tandem Ductor *Nubelius* sub-Centurio & facile viginti aut cecidère aut gravi vulnere affecti sunt. Militia Principis septem numeravit fauciatos, & post enectos duos equites, Joannis Adriani *Reckij* nobilis, & magnæ spei adolescentis casum vehementer luxit.

At jam antè, vectores ac vehicula, quibus impedimenta Legationis *Friso-Batava* 59. *Vectores* Monasterio in Gelriam deportata erant, dum *Legatio* revertuntur, stationarij interceptè. Quod *nis Batava* fidem pro eorum securitate stipulati, ita *va in-* violatam supramodum Legati dolerent, *tercepti.* eorum interpellatione Uniti Belgarum Ordines, datis ad Principem litteris, dimitti captos postulabant. Verum Princeps, negatâ libertate vectores respondit baiulos fuisse chartarum, quas obstante interdicto in Civitatem perferre non licuerit; sed & præterea cognito annonæ defectu, optione liberâ, maluisse ruri saturos, quam famelicos intra moenia hospitari.

Aitze